II. 76. αὐτοπ. σφυράνι τήσων. XLI. 279. αὐτοπ. οἶκος Ἀρμονίας, quam domum ipsa construxerat. conf. Jacobs ad Antiph. epigr. 29. v. 2., ubi cellae, quas ipsae apes sibi construunt, αὐτοπαγεῖς Σάλαμοι dicuntur. XXIII. 30. αὐτοπαγῆς ἀτίνακτος, in uno eodemque loco defixis pedibus laerens se movere non poterat. XLVI. 273. Agave excusso furore postquam cognovit, quod facinus perpetrasset, αὐτοπαγῆς ἀφδογγος ἐπὶ χρόνον ἴστατο. — αὐτοπαθῆς. VIII. 37. Φεύγοντος αὐτοπαθῆς ἀποδογγος. Ovid. Met. II. 782.: carpit et carpitur una suppliciumque suum est. — (αὐτοπέδης.\* XXI. 50. δέξιο πετῆλαιν αὐτοπέδην δοίδηρον ἔμισταφύλοιο Κυδομοῦ. ed. pr. λυτοπέδην. γυμοπέδην Falkenb. αὐτοπέδην Wakefield. Falkenburgii coniectura nistitur his locis: XIII. 488. XXXVI. 365 et 383. intelligitur autem vinculum e racemis confectum.) αὐτόπορος.\* VI. 370. λάχινος Deucalionis, quod návigium ipsum per se cursum per mare tenebat. I. 308. ἐδηλύνοντο κεγανοὶ ἄλμασιν αὐτοπόρουσιν i. e. fulmina vaga incassum cedabant. XLV. 344. πῦρ (conf. Eurip. Bacch. ed. Herm. v. 750.). — αὐτόπορεινος, radicitus, funditus (conf. Ellendt. Lex. Sophocl. s. h. v.), totus. II. 77. αὐτόπορινα δένδροια μετωχλίσθησαν ἀρούρας. conf. XXV. 500. — XXIII. 135. (ξύλον). M. Ev. Io. K. 107. ἦγω πατήρ τ' ἐμὸς δὲ γένος ἐσμεν ἔμφυτον, αὐτόπορινον, suis innixum radibus. conf. annot. Albert. ad Hesych. s. h. v. — αὐτόφορος. XII. 67. i. e. antrum. XV. 192. κενεών. Est enim αὐτόφορος propriæ naturæ forniciatus vel concameratus. inde specus dicuntur αὐτόφοροι. conf. Opp. Hal. I. 22. Vid. omnino Anthol. Planud. L. IV. No. 255. p. 870. — αὐτόφριξ, una cum radicibus. XXV. 475. XLVI. 185. δένδρον. XL. 470. ἔγνος ἐλαίης. XLV. 20. Σάμνος ἐλαίης. M. Ev. Io. A. 64. ἔνδιον αὐτόφριξ δρεσσαύλοιο μελάθρου: locus dicit poeta, ubi Ioannes baptizans commorabatur: is locus trans Iordanem situs erat ad Bethaniam — haec enim est vulgata scriptura, quam Nonnus servavit — vel potius ad Bethabaram. ἔνδιον autem αὐτόφρ. δρεσσ. μελ. deversorium a natura conditum in regione montana sive specus. T. 224. σῆμα, sepulcrum in vivo saxo excisum. — αὐτόσπορος, ex se natus. VII. 73. Αἰώνι, ποιμὴν ἐτέων αὐτόσπορος. XXIII. 285. αὐτόσπορος Τηρός. conf. Ez. Spanhem. observv. in Callim. h. in Delum v. 17.) XL. 171. αὐτόσπορον αἴμα Γιγάντων. XL. 396. τέρπα βίοτο φέων αὐτόσπορον δράχην Φοίνιξ τίκτεται. de Phoenice avi loquitur poeta: de qua avi Plin. N. H. X. 1. Ovid. Met. XVI. 392. sq.: una est, quae reparet seque ipsa reseminet ales cet. — αὐτόσσοντος a semet ipso incitatus vel agitatus seu sponte veniens. V. 185. delphinus in opere quodam affabre factus ψευδολέγην ἐλέλιξεν αὐτόσσοντον οὐρῆν, scilicet videbatur caudam agitare. conf. XXV. 533. οὐρὴ αὐτόσσοντος dicitur, quae cum modo torpuisset, rursus sua vi se movere coepit V. 613. XIII. 179. αὐτόσον. ἀφρός Ἐρύταν. de semine profuso. Vid. Cun. animadv. p. 92. XII. 312. μέλας αὐτόσος. ἀηρ, de nigricante colore uarum (conf. Hom. Odyss. VII. 125. sq.). XLIV. 105. ὄφιος αὐτόσος. αύλος ἐργοης αἴμαλης, emicantem mactati bovis sanguinem poeta dicit. XLV. 331. δόμοις (Penthei) λανέη σάλπιγγι χέων αὐτόσος. ἥχω i. e. sonitus sponte editus fragore tremefactae aulae. XVII. 31. XXXVI. 254. ἄγρην αὐτόσος, praedam sponte obviam latam, sponte in manus venientem. XXXVII. 693. σόλος φέων αὐτόσσοντον δραγῆν, εἰςάκε σηματα πάντα παρέδομεν (conf. Hom. II. XXIII. 843. sq.) i. e. σόλος, globus ferreus, qui a disco forma differt, etiam post-

quam in terram decidit, tamen vim, qua vibratus erat, aliquamdiu retinebat. XLV.  
**125.** αὔγητις αὐτόσο. λυχνίδος, splendor lychnidis lapidis sponte effulgens (cf. Schoen, comment. de pers. in Eur. Bacch. h. scen. p. 16.). M. Ev. Io. II. 63. τὸ καὶ αὐτὸς φθέγγομαι ἐξ ιδίων δάρων αὐτόσο. αὐδήν. i. e. intelliget, ea, quae doceo, a patre meo, non a memet ipso proficisci. **162.** αὐτόσο. ὅμοιον ιδίλλει σοφίης πατρῷης, copiam effundit paternae sapientiae ultero manantem, vel, ut ipse Iohannes dicit, τὰ δῆματα τοῦ θεοῦ λαλεῖ — αὐτοτέλεστος. Quicquid per se efficitur, sponte provenit, Nonno dicitur αὐτοτέλεστον. (Conf. Iacobs Anthol. Palat. I. No. 19.) **XLVIII. 84.** στρατός Τιγάντων. **XIV. 26.** γενέσθλη. **XXVII. 323.** σπόρος (est nimirum semen pro sato seu filio positum). M. Ev. Io. A. 39. λόγος i. e. Christus. **VII. 228.** εἰς τόκον αὐτοτέλ. ἀγνῶν μορφουμενον ὕδωρ. mentio fit Veneris ex spuma maris ortae. conf. **XIII. 101.** εἰς τόκον αὐτοτέλ. ἐμορφωθῆ χύσις οὐδῶν, de Orione ex urina prognato. Vide Meinek. ad Euph. Chalcid. in Anal. Alexandr. p. 133. **XLVIII. 585.** εἰς τύπον αὐτοτέλ. ίδων μορφ. ὕδωρ. De Narciso poeta loquitur, qui umbram formae ex aquis tanquam e speculo redditam conspicatam perisse dicitur. conf. Ovid. Metam. III. 434. **XII. 58.** ἀσπορον αὐτοτέλ. οὐεια ἀνήρυγε πεύκη (conf. Koehl. comment. p. 24. annot. 2.) **XLVIII. 175.** αὐτοτ. Ἀμπελος ἐν τῇ λαβάξατο μορφήν. **XLIII. 24.** ἀμπελος αὐτοτέλ. ἔσκεπτε δέμας Βάκχου i. e. vitis sponte proveniens. **X. 121.** δόδον. **XLVII. 20.** κούνοι. **XIX. 291.** θρύσιν. **XLIII. 233.** φυτόν, Proteus scil., mutata corporis forma. **XIV. 183.** χαίτη. **XXXVII. 570.** σμιδᾶς (conf. Hom. II. XXIII. 714.). **XXXII. 82.** τύπος αὐτοτέλ. ἀναγκαῖης πέλεν εὐηῆς: sententia videtur esse: cubile sponte et ad tempus factum erat. **XLVII. 560.** ὅμιματι Γοργείῳ βροτέην μετάμετεψον ὀπωπήν εἰς βρέτας αὐτοτέλ. δρυοίουν (conf. Apoll. II. 4, 3.). Ovid. Metam. V. 206. marmoreoque manet vultus mirantis in ore cet. Eod. libr. 706. βρέτας αὐτολ. .... Ἀριάδνης οτηρίδας, ὅπῃ βρέτας .... Ἡρης Ariadne enim a Perseo ope capitinis Gorgonei in saxum mutata erat: quam rem cum Bacchus vehementer doleret, Mercurius, ut eius dolorem leniret, praedixit, eam non secus ac Iunonem divinos honores consecuturam. Atque apud Naxios quidem constat eius memoriam festis diebus et sacris celebratam esse. Vide Creuz. libr., qui inscribitur Symbolik cet. Tom. IV. p. 117. Fr. Herm. Graec. antiq. Tom. II. p. 339. — αὐτοτελῆς apud Nonnum eandem, quam αὐτοτέλεστος, vim habet. **VII. 154.** αὐτοτελῆς βλάστησ (Bacchus scil.). **XII. 186.** αὐτοτ. ὄχατος ἀμπελόεις οὖνοι καρπῶ γείτονα δένδρα μυτώσατο i. e. vinetum non ab hominibus satum. **XX. 54.** αὐτοτελῆ παιδα καρπίνου, Minervam scil. **XLIV. 242.** ἀμπελόεις ὄφης πέλεν αὐτοτελ. ίστος, conf. Homer. hymn. VII. 40. ὁμφ' ίστον δὲ μέλαις εἰλίσσετο Κιασός cet. **XL. 545.** ἐκ δὲ διόσιν αὐτοτ. ὑγείαμην, inquit nymphā. **XXXVI. 306.** Dionysius in certamine cum Deriade commisso varias corporis formas induens ἀλλοφανῆς μορφούτο καὶ εἴκεδος ἔρνει γαύης αὐτοτελῆς .... ἀνέδραιμεν. **XLI. 102.** de Venere marina: αὐτοτελῆς μορφούτο θυματρογόνω γόνος ἀφρᾶ. Musaeus v. 249. Κύπροις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης — αὐτοτόκος, qui ipse parit (αὐτότοκος enim non reperitur apud Nonnum). **VIII. 181.** **XXVII. 62.** Ζεὺς. **IX. 210.** Ζεὺς αὐτοτόκω ... γαστρὶ νοῦη τένε παιδα (Bacchum femori insutum). **XXVI. 188.** αὐτοτόκων πετάλων χλωρὸν ποτόν, mella dicit de fronde arborum stillantia — αὐτοφόνος, qui se ipse interimit. Nonnus tamē id epitheton saepe

ab homine ad eam rem transfert, cuius ope sibi aliquis necem conciscit. XXIII. 59. αὐτοφ. Ὁρόντην μαμιούμενος. XXXIII. 361. αὐτοφ. αἴκε θάνης. XLVIII. 742. Αὐγή αὐτοφόνος μενέανεν ἐκουσίου ἀρδ διὰ κόλπου ἀλάσσωι i. e. Aura pectus gladio transfigere ac voluntariam mortem obire cupiebat. XVII. 314. παλαύη. in libris est αὐτοπόνω. Vid. Wernick. ad Tryph. v. 19. XLVII. 224. Erigone suspendio vitam finiens αὐτοφόνῳ στροφάλιγγι μετάφοιος ἀλετο. XVII. 280. XXXII. 231. σίδηρος. M. Ev. Io. Θ. 46. ξίφος ἔλκων αὐτοφόνῳ διὰ γαστρὸς διαιλήσειν ὀλέθρῳ. ὀλέθρῳ. αὐτοφ. nihil sonat, nisi sua manu periit. — αὐτοφόρητος, ipse per se latus: IX. 150. ἐνήχετο αὐτοφ., χερσὶν ἐρέσσων. — αὐτοφυής. Quicquid natura, non manu seu arte factum est, αὐτοφυής dicitur. XI. 374. χάρις naturalis quaedam formae gratia ac venustas non fucata. XIX. 293. δόναξ, sponte nascens. XXXVI. 364. Δηριάδην αὐτοφυῆς ἐμέ-  
δυσσεν ἔλιξ εὐώδει καρπῷ. XLIV. 129. (conf. Eurip. Bacch. v. 6—12.) XVI. 275. XII. 297. καρπός. XLVII. 17. βότρως. XLI. 120. λειμῶνες (conf. Marian. Epigr. 3, 10. πέξα αὐτοφύτοι νάπτε). Vide omnino Jacobs ad Meleagr. epigr. 112. v. 3. — αὐτοφύτος. VII. 344. πέτηλα. IV. 436. αὐτοφύτοις τεύχεστιν κεκορυθμένος, unus scil. de Spartis, qui armati ex terra provenerunt. M. Ev. Io. A. 3. λόγος θεοῦ αὐτοφύτοις: qui suapte vi ac natura extitit. II. 300. ἥπαρ, Prometheus iecur semper renascens, i. q. παλαιμφύτης v. 298. — αὐτοχάρακτος. Quod sua sponte describitur sive depingitur est αὐτοχάρακτον. V. 599. Proserpina imaginem suam ex speculo aeneo repercussam contemplatur: αὐτοχάρακτον ἄγαλμα διοπτευόσσα προσώπου. pari modo Venus apud Sophocl. in fabula deperdita Κρίσει (vid. Athen. I. XV. p. 687. c.) suam faciem e speculo relucentem contuetur — αὐτόχθων, in ea ipsa terra, in qua quis sedem ac domicilium habet, oriundus. Nonnus hac voce adiectivi more usus est, velut XIII. 199. XXXIV. 183. φύτλη. XLI. 65. γονῆς αὐτόχθονι φίξῃ πρωτοφρονῆς ..... ἐμαῶδη στάχυς ἀνδρῶν i. e. primi incolae aborigines erant. Paullo audacius dictum: XL. 434. πόλιν αὐτόχθονι τέχνη πετράοις ἐπισχγάσσοντο θεμιζλοῖς: quin etiam μόρον (quod necessario reponendum erat pro πόρον) poeta dicit αὐτόχθονα XLII. 261., Pityis scil. nymphae in pinum mutatae (confer Luc. dial. deor. XXII. et Nonnum ipsum II. 109.) et XXXIII. 266. σκιόεντι θορῶν αὐτόχθονι παλαιῷ — μελαίνετο κῶνος ὅμικλης, nox appetens intelligitur. Vocem αὐτόχθ. poeta ipse, ni fallor, explicat IV. 78., ubi dicit: ἀχλυόεις δὲ κῶνος ἀφοιτότητος, ἀπὸ χθονὸς δένεις ἀνέσπων. conf. VII. 310. XXVII. 5. Vid. Diog. Laert. VII. segm. 144. τὴν γῆν κωνοειδῆ σκιάν ἀποτελεῖν. Apparet αὐτόχθονα τέχνην, μόρον, παλαιόν ita dici, ut vox αὐτόχθ. aliquantum ab ea, qua plerumque ponitur, significatione discedat. τέχνην αὐτόχθ. puto intelligi artem non adventitiam, sed domesticam, quasi ab ipsa soli natura traditam, μόρος autem Pityis αὐτόχθων vocatur, quia radicibus in terra defixa est, itaque fatum ex ipsa terra reperit, i. e. ἐντόπιόν τινα μόρον. Conf. Hesych. et Etymol. Magn. s. h. v. Dénique παλαιός noctis αὐτόχθ., si quid video, propterea dicitur, quia terra ipsa hanc umbram proiicit. — αὐτόχθυτος sponte effusus vel manans, velut VI. 9. XV. 374. XIX. 3. XX. 16. XLVII. 217. δάκρυα. VII. 77. οὖνος. XIV. 435. νέκταρ, quocum natura vini aequatur. XXV. 443. XLII. 97. XXIV. 131. γάλα (mammarum). XLI. 127. μύρον. M. Ev. Io. H. 147. φέδρων. At XXII. 22.: αὐτοχύτων ἀπὸ κόλπων λαρά —

ἐλείθετο δῶρα μελίσσης, est αὐτοχύτ. ex conjectura Wakefieldii repositum pro αὐτοφύτων, quae est scriptura vulgata. Graefius dubitanter coniecit αὐτοφύτων ἀπὸ κορμῶν: quae opinatio dubito an cuiquam probetur, Wakefieldii autem conjectura quodammodo firmatur XLVIII. 957. αὐτοχύτῳ στάζοντα (μαξόν sc.) τόπον γλάγος ὄμφακι μαξῷ. quamquam in hoc quoque loco sunt, quae displiceant. Offendit enim, ut recte monet Graefius, vox μαξός male repetita. Idem vir doctus suspicatur legendum esse αὐτόχυτον. Quodsi in utroque loco servetur vox αὐτόχυτος, cum nec κόλπος nec μαξός eodem modo, quo δάκρυα, οἶνος, μύρον, ἔειδρον, αὐτόχ. dici possit, quippe cum neque sinus neque mamma ipsa manet, sed effundat liquorē, poeta putandus est hanc vocem fere usurpasse, ut latine dicitur manare adiecto liquoris accusativo. (cf. XII. 201. XIII. 256. οἰνόχυτος Διόνυσος. XXXIII. 74. οἰνόχυτος Ηβη.) XLVI. 311. ἀπὸ αὐτοχύτου .... καρήνου (Penthei) αἴμα τεὸν μητρῷον δλον φοίνιξ χιτῶνα. Nulla est hoc loco epitheti trajectio: sed commode illud voci καρήν. additur propterea, quod capit is lacerati ac divulsi sanguine sinus matris infelcis maxime commaculatus est. Conf. Eurip. Bacch. v. 1131. sqq. et lib. XLIV. 70. atque huius libri v. 218. Graefius, fortasse, inquit ἀρτεχύτου reponendum est. Verum Nonnus ornavit hoc epitheto M. Ev. Io. B. 31. θύμα. XLVIII. 52. γόθια. XXXII. 296. ὄμφοι. XXXIX. 227. αἷμα. XIV. 416. μέσην (i. e. οἶνον). XIII. 431. μαξόν, ubi vox ἀρτίχυτος simil modo, atque supra αὐτόχυτος, explicanda est. Quod vero Graefius mavult scriptum ἀρτιφάτου aut ἀρτιλύτου: alterum quidem legitur V. 554. ἀρτιφάτου δὲ πένθεος ισταμένου φρεάτιψιος ἐπλετο Πενθεύς: Pentheum vult poeta nomen duxisse ex recenti luctu, quem Actaeonis interitus moverat; alterum nusquam apud Nonnum legitur. — Restat αὐτοχύτων i. e. αὐτοχότων, αὐτόχων, vox homericā (conf. Il. XXIII. 826.). XXXVII. 667. οὐλος: est enim massa ferri rudis et impoliti, quale ex ipsis fornaci- bus funditur.

Haec de his vocabulis: nunc de verbis cum pronomine γάμος compositis. Inveniuntur apud Nonnum praeter αὐτόγαμος, quod hoc uno loco legitur: 1) ἀγαμος XVI. 23. 31. XXXV. 210. XXXVI. 69. παρθενική. XXVII. 319. θεά, Minerva scil. XXXV. 215. πορείη. 2) ἀγχίγαμος (conf. Lobeck. ad Phrynic. pag. 685.), nubilis, virgo matura sive, ut Horatius ait, tempestiva viro. V. 572. Περσεφόνη (conf. Lob. Aglaoph. Tom. I. p. 549.). XLVIII. 98. Παλλήνη. — αἰνόγαμος VIII. 328. πούρη. — 3) ἀλεξίγαμος, nuptias vel etiam congressum virorum aspernans XL. 541. νύπτιοις, sic dedit Graefius: in libris est Βάκχαις. Falkenb. πούρους, coniecit at infra v. 572. Naiades commemorantur. — 4) ἀμαρτίγαμος. XLVIII. 95. Pallenē pater οἰστρον ἔχων ἀδέμιοτον ἀμαρτιγάμων ὑμεταῖν cet. Evidem puto ἀμαρτιγ. ὑμεταῖνοι οἰστρο. dici insanam cupiditatem infandae consuetudinis, non iusto coniugii foedere sancitae. — 5) ἀμερσίγαμος. VII. 226. Κρόνος ἀμερσιγάμῳ ἀρτῃ μῆδα πατρὸς ἐτελεῖν. conf. XVIII. 225. Est igitur harpe, qua Saturnus Uranum patrem castravit. At VIII. 372. περανός dicitur ἀμερσίγαμος, quo Semele extincta ac simul eius, quae Iovi cum hac muliercula erat, consuetudinis finis factus est. XXXIV. 100. Ήοῦς ἀμερσιγάμου φόος ἐνόπτευ. Eratis γάμος οὐπναλέος (v. 96.): erant οἰνέρειοι οὐπνέασοι (v. 97.). Sensus est, inquit Graefius: et vidit se matutino tempore, quando somnia vera, haec som-

niasse et credidit iam, Chalcomeden amore perire. Vir doctus spectasse mihi videtur verba subsequentia: Χαλκομέδην ἐδόκησεν ἔχειν πόνου. Evidem ἡδὸν ἀμεροσήγαμον puto dici, quia luce oborta una cum somnio etiam iucunditas oblatae per quietem imaginis cessit. M. Ev. Io. I. 123. ἀμεροσήγαμος βασιλεύς. Herodes enim Antipas a Philippo fratre uxorem abduxerat. 6) ἀπειρόγαμος. XLVII. 416. opponitur ζυγίῃ: est igitur nuptiarum expers, casta: ὄφισται δόκον ἀπειρογάμου θεάσινης — Ἀθήνης. At XIII. 98. ἀπειρογάμων ἀπὸ λεπτών οὐρών τριπάτωρ ἀπὸ μητέρος ἀνθροε Γαῖης: Orion enim nulla matre prognatus est. Res est notissima. — 7) ἀρτίγαμος: nuper matrimonio iunctus. XL. 269. παρακοίτης. XLIV. 254. νίεύς. XLVIII. 298. νύμφη. At VIII. 190. παστός, in quo Iupiter modo rem habuerat cum Semele, et XLVIII. 869. φαίνων i. e. recentes. — 8) δύεγαμος. IX. 247. Ἰνώ. XLVIII. 748. Αὔρη: utriusque multas magnasque miserias creabat, alteri Iovis, alteri Bacchi coniugium. XIII. 177. Αμφιγυνής: nam Minerva eius amplexus sprevit. XXX. 150. ξούρη. XLVIII. 858. νύμφη. — 9) εὔγαμος, feliciter nupta. I. 27. Αὔρη eadem, quae loco supra allato δύεγαμος: sed utriusque loci ratio differt. XVI. 294. ξούρη. XXIV. 215. δλλυμένου μητρηφος, ὃν οὐκ ἴδει εὐγαμος ὥση, i. e. cui non contigit, ut coniugio fruere. XXXI. 196. Τυπος ..... δεδεγμένος εὐγαμον ὥσην, exoptatum coniugium. XX. 144. XXXI. 127. Αδάνιδος (ποταμού) εὐγαμον θάρῳ. Vid. Movers. Phoen. Tom I. p. 665. (I. Laurent. Lydus de mens. April. ep. 3.). — 10) Συγατρόγαμος. XII. 73. Συγατρογάμων γενετῆρι: de Harpalyses patre, Clymeno, totaque hac fabula vid. Anal. Alexandr. ed. Meinek. p. 55. — 11) κλεψίγαμος. VIII. 60. Κρονίδης, adulter. XXV. 116. γαμίης δύμοιον ἐέρσης — κλεψιγάμου. poeta de furtivis Iovis et Danaes amoribus loquitur. — 12) πελλόγαμος i. e. qui uxorem ducturus est sive sponsus. XLVII. 268. XLVIII. 110. Δναῖος. (conf. Theocr. Id. XXII. 140.). 96. μητρηφες. — 13) δψίγαμος. II. 311. Εφιάλτης. Docte nimirum hoc loco hariolantem Nonnus facit Typhonem. — 14) πονλύγαμος. XIV. 104. Σάτυροι. erant enim libidinosi. — 15) σύγγαμος. V. 198. Ίνω i. e. uxor. adde XXXI. 178. — VIII. 384. Σεμέλη λάχε σύγγαμον Ήγηρ: Semele cum eodem, cuius uxor erat Iuno, concubuit eoque quasi affinitatis vinculo cum Iunone iuncta est. — 16) τελεσσίγαμος i. e. nuptias perficiens, dummodo teneas, Nonno plurimis Iovis γάμοιν concubitum dici. Itaque τελεσσίγαμος II. 220. Αφροδίτη, XXXVI. 77. XLVIII. 693. Κυθέρεια vocatur, quippe quae praesit rei venereae nec tamen consors regni illius, quod Iuno pronuba tenet. VIII. 313. Τμένων, antistites nuptiarum. XVI. 340. XLVIII. 724. Δναῖος: at hi hymenaei inconcessi erant. Ceterum de locutione τελεῖν γάμου vid. Ernest. ad Callim. hymn. in Apoll. v. III. — XXV. 314. Άττις ποτὲ χαλκῷ φοινίξας γονόντα τελεσσιγάμου στάχυν ἦβης: etenim se castravit. XLII. 378. Άδωνις, cuius σεσμιὰ ἀβρά νοcantur: ut ipse ἀβράς Bion. Id. I. 79. Adonis πάρεδος et coniux Veneris, iure τελεσσίγαμος dici poterat. XLVIII. 235. Πειθώ. 597. πηγή, ex quo fonte cum Aura bibisset, inebriata et a Baccho viitata est. XLVII. 334. ὄνειροι. Ariadne per quietem sibi videbatur cum Theseo esse: at ille aufugerat. XLVIII. 776. κορείη, cum irrisione dictum est: quapropter mea quidem sententia nihil est mutandum. Vide sis Graefii annot. critic. ad h. l. M. Ev. Io. P. 51. οὐ βροτέης εἰμὶ τελεσσιγάμοιο γονῆς χρονός.

Evangelii scriptor ipse: οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. Nonnus non pervertit quidem sententiam, sed perspicuitati eius minus consuluit. — Verum ut totum id genus complectar, restant duo verba cum voce γάμιος composita, γαμοκλόπος et γαμοστόλος. Atque γαμοκλόπος reperitur III. 377. VI. 97. Mars, Veneris adulter (conf. V. 503.); VIII. 64. Ζεύς. — XXXVI. 70. εἰναι γαμέσην. Ovid. Met. II. 425. protinus induitur faciem cultumque Diana. XXXIII. 121. αἰετὸς ὄφης. XLVII. 545. ὄμβρος (conf. Ov. Met. VI. 113. Ceterum de huius vocis significatione vid. Wernick. ad Tryph. v. 45. — γαμοστόλος est nuptias apparans vel explendae libidinis occasionem subministrans. VII. 296. νύξ. XLVII. 330. ὄφης (conf. Mus. Her. et Leand. v. 282.). XLVIII. 636. Τπνος Βάκχου γαμεστ. i. e. ad opprimendam Auram opportunus. Vox enim γαμεστ. et substantivi et adiectivi more ponitur. XLII. 530. Πειθώ, coniugii quasi conciliatrix. XLIV. 309. καὶ τῷ γένειο γαμεστ., Autonoe scil., quam Bacchus deludit. XXXIX. 190. θάλασσα: nam ad Ilissum Boreas Orithyiam rapuit. Plat. Phaedr. p. 229. b. Ovid. Met. VII. 695. Maxim. περὶ καταργ. 416. sqq. XI. 275. ἀρμα γαμεστ. Ἰπποδαμείας (conf. Pind. Olymp. I. 25 et 87.). VIII. 282. εἰς Σεμέλην ἔρχεσθε γαμεστ. κεραυνοί. XLVII. 469. ἀμφὶ τούμφης Ναξιαδος, Ariadnen poeta dicit, σκιάστησε γαμεστ. ἐσμός Ἐρώτων. XLVIII. 282. κεστὸν ἔμαυτα γαμεστ. (conf. Hom. Il. XIV. 214.). XLIII. 374. μόδος certamen, quo de Beroes coniugio Neptunus et Bacchus inter se contenderunt. XIII. 112. Iphigenia cum Aulidem, ubi eam Achilli nuptum daturum sese pater simulaverat, venisset atque in eo esset, ut mactaretur, Diana commiserata virginem surripuit, εἰςει ἀκούει Αὐλίς ἀνυμφεύτοιο γαμοστόλος Ιφιγενείης. Aulide apparari quidem dicebantur Iphigeniae nuptiae: inde urbs vocatur γαμεστ.: sed hae nuptiae falsae et ab Ulysse subdole fictae erant; inde adiecta est vox ἀνυμφ. Est δεύτερον, quale illud Sophocleum γάμιος ἀγαλμος. XVII. 239. Ἀχελώος, οὐ ποτε κόψας Ήρακλέης κέρας εἶναι γαμοστόλος. Res est cogita. Graefius γαμοστόλον maluit legi. Potest sane κέρας Acheloi ita dici: nec tamen necessaria est haec conjectura, si quidem Hercules hoc certamen iniit, ut Deianiram sibi desponsatam victor uxorem duceret. XVI. 59. ὅπως αἰετὸν ὄγυστον ἄλλο γαμοστόλον ἀστρον ἐφάτων. Eandem rem tetigit poeta XIII. 203. XXXIII. 297. confer. tamen Hygin. Poet. astron. XVI. et Eratosth. παταστρ. XXX. — XXXV. 185. Venus iactans Morpheum, virum alioqui ferocem, amori succubuisse, Martem cavillata dicit γαμεστόλ. XXXVIII. 134. ἀκτῖνα Σελήνη τυμφιδίην γαμοστόλοιν ἔχει, nam ἀκτ. facis nuptialis vice fungitur. Utrumque epitheton uni Veneri tribuitur Orph. hymn. LV. v. 8. et 11. — XVI. 319. οἴνος γαμοστόλος ἐφάτων: vinum enim lacessit libidinem, itemque v. 338. XXXIII. 178. Venus adhortans Cupidinem, ut Baccho contra Indos opem ferat, τὸν καὶ δρόν, inquit, κύδαινε γαμεστ. ὄφην ἐφάτων, εὐφροσύνης πήρενα — μέσηναν: δόμις γαμεστ. est, nisi fallor, auspex nuptiarum (conf. eod. libr. 348.).

Haec hactenus, nunc de ipso Gamo ac de toto illo loco perdifficili. Verba sunt: εἴτε Γάμιος, σπιερδός δι. Ἔρως ἐσπειρεν ὄντεροις cet. Librorum discrepantia levior est. Vid. Graefii annot. crit. Verba ipsa satis plana sunt. Quod hoc loco valet σπειρειν, idem sonat XL. 573. Ἔρως καὶ Τυφίης ἐσπειρες θεηγενες αἷμα γενέθλης, ἐσπειρος qui tandem? Νημάδων φιλότητι συνήρμοσεν νίας ἀρσινης (vid. Movers. Phoen. Tom. II. P. 1. p. 126.)

XXIV. 326. Ἔως σπείρων εὐαρότοι λεχάιον ἀντυγα κόσμου. Graefius scriptum opicatur αὐλακα: sed conf. VIII. 84. Itaque Cupido vel Amor cupiditatem procreandi accendens dicitur σπείρειν. Est autem σπείρειν apud Nonnum quoque et proprie et improprie dictum. Significat enim et serere i. e. semina terrae mandare, conserere terram, velut IV. 426. XII. 47. XLII. 288. M. Ev. Io. Δ. 171. 178. 181. et progignere, procreare, velut III. 260. V. 511. IX. 210. XIII. 178. XVI. 352. XXXVII. 158. XL. 574. XLI. 315. 336. XLIV. 171. XLVII. 471. XLVIII. 207. Denique sonat spargere, disseminare, velut sermonem, famam cet., M. Ev. Io. Γ. 54. ἐς οὐατα φωτῶν. Δ. 71. φῆμης σπειρομένης. — σπιεροῖς ὄντεσσιν conf. V. 410. σπιεροῖσιν ἔφωμαλησσαν ὄντεσσιν (conf. XVIII. 165. XXVI. 377.). XLVIII. 635. σπιεραι πτέρυγες Τπνου. Eurip. Hec. v. 70. μελανοπτέρυγας ὄντεσσιν. Tibull. II. 1. 87. sq.: Somnus fuscis circumdatus alis et incerto somnia nigra pede. XLII. 335. σπιεροῖσιν γάμουσιν δημέσειν i. e. per quietem sibi visus est cum Berœ concubare. Erat hic conceubitus ὄντεσσιν: et qui Noctis color, idem est somniorum. Recte XLVII. 150., qui locus ex pluribus homericis concinnatus est (conf. Hom. Od. X. 495. XI. 40. 207.), Falkenburgius ὄντεσσιν reposuit. σπιεροῖς igitur apud Nonnum est opacus, umbrosus, velut V. 261. XLV. 204. Υλη. XLIV. 59. δένδρου. XXXVI. 304. σπιερης εἶδος φορέων, Bacchus in arborem conversus. XLIV. 242. πέτηλα. XXXII. 293. κόφυμαβα. XXV. 569. σπιερήν ἀμέλαινεν χρόνα συγαλέη νύξ, nox terrae tenebras obduxit. conf. M. Ev. Io. Γ. 84. at I. 64. δημια σπιερ. oculum poeta dicit, cui vis videndi ademta est.

Subsequuntur verba μιμηλῆς τελέων ἀπατήλιον ἴμερον εύνης. μιμηλός, vox apud Nonnum admodum frequens, est imitans, ad imitationem factus vel ad aliquius rei similitudinem comparatus. Praetermissis nunc quidem ceteris locis satis erit afferre XLII. 334. μιμηλῷ ὄντειρῳ. XLIV. 52. φάσματα μιμηλοῦ ὄντειρου. XXVI. 7. μιμηλῇ ὄψις ὄντειρου. Somnia enim rerum simulacula effingunt. Adde X. 266. XVIII. 176. XX. 36. Itaque hoc ipso loco εύνῃ dicitur μιμ., quia somnii est vana species. Ceterum εύνή est cubile, velut XXII. 131. XXV. 571. XXXIV. 86. XXVI. I. M. Ev. Io. E. 14. Deinde significat torum geniale et per metonymiam coniugium, plerumque autem turpem consuetudinem. Conf. XLIII. 10. 396 IV. 60., ubi recte Cunaeus (animadv. p. 58.) restituit μιμης pro τεῆς, et 57. XXXV. 116. XLII. 477. XXXIII. 350. VIII. 222. XLVII. 718. XXVII. 58. XXXI. 218., ubi Antiopes εύνῃ λασίη dicitur: erat enim Satyrus ipse hirsutus. XLVIII. 871. 893. XXXV. 204. XX. 234. XXXIV. 207. M. Ev. Io. A. 37., ad quem locum vid. Dan. Heins. (diss. p. 200.), cui stomachum movet vox ἀφοῦν. At si quid notetur, reprehendi Nonnus possit, quod in usurpanda hac metaphora nimius fuerit. conf. III. 195. XLV. 27. 287. XLVII. 564.). Quin etiam de coitu animalium εύνῃ dicitur I. 282. (conf. Nic. Ther. 826. Athen. IV. 168. Nonn. VII. 312.). Imprimis autem cum iis, quae hoc loco leguntur, conferri possunt XVI. 281. ὄντεσσίς τύπον εύνης et XLVII. 347. Κύπριδος ὑπιναλεής γλωκερήν ἀπατήλιον εύνην. — ἀπατήλιος, fictus, falsus, fallax. Nota sunt homERICA illa ἀπατήλια βάζειν, ἀπατ. εἰδώς. At Nonnus, Tryphiodorus, Coluthus, alii peioris notaes scriptores non de rebus modo, sed etiam de personis hanc vocem usurparunt (vid. Tryph. 220. Coluth. 378.). Apud Nonnum de personis dicitur I. 120. 503. VIII. 180.

**XL.** 187. M. Ev. Io. Θ. 177. Plurimis autem locis id epitheton rebus est adiectum. Praetermissis ceteris locis iuvat afferre **XLIV.** 93. ἀπατηλ. εἰκόνα δινεισίης νίκης. **XVIII.** 171. ἀπατηλ. εἰκόνα χάρμης ὑπναλέης. Sunt haec visa per quietem oblata. Adde **XLII.** 322. **XLVII.** 234. 347. **XLVIII.** 821. — ἴμερος significat desiderium, imprimis rei venereae, amorem. **XLI.** 140. φορβῆς (conf. Hom. XI. 89. σίτου ἴμερ.) **XXXIII.** 43. οὐ δραστής, Pasithea inquit, ἴμερος Τύπου με κλονέει. Nonnus secutus est Homeri auctoritatem. Vid. Il. XIV. 269.: qui versus obelo notatur. **XXXII.** 71. οὐ τόσον, inquit Jupiter, οὐδεὶς εἰς ἴμερον Παφίης. Conf. Hom. Il. XIV. 315. De Centauris autem, qui hoc incesto amore prognati sunt, vid. Nonn. XIV. 192 — 202. **XL.** 559. ἴμερ. ὑδατοειντά, quales amores nympharum erant, velut Arethusae. **XXXIV.** 34. πανθαμάτῳ δραστής ἴμερος εἰς σὲ κορύσσου τυμφιδίους σπειρήφας φαρέτρης: est ipse Cupido omnia domans. — Denique τελεῖν est efficere, ita ut Nonnus τελεῖν multis locis cum verbis ἀγάξεσθαι, ποιεῖν commutet, vel ad exitum perducere, ut fere sonet idem, quod ἀνύτειν. Deinde τελεῖν est perficere sive explere omnibus numeris vel consummare. Saepenumero τελεῖν cum duplici accusativo iunctum valet facere vel reddere. Tum vero τελεῖν est transigere, exigere: velut ἡμαρτεῖν τελεσσαν, χρόνου δρόμος τετέλεστο. Denique hoc verbum de celebrandis seu peragendis festis diebus ac mysteriis ponitur. — Sequuntur verba: ἐκ διός ὑπνώσαντος ὅτε, γλωχῖν παχαίης αὐτογάρμης σπόρου ὑγρὸν ἐπεξύσαντος ἀρούρης, οὐδρανίας λιβάδεσσον ἐμαυθησαν ἔριπνα. — ὑπνώσιν apud Nonnum omnibus locis est dormire, praeter unum, **XI.** 331., ubi pérpetuum soporem significat. γλωχίς vel γλωχῖν cuspis est 1) sagittae VII. 132. XXIX. 82. XVII. 365. 2) hastae XXII. 204. XXXIX. 331. 3) ensis iis, quos paullo infra attulimus, locis. 4) ferri XII. 332. πεδοσκαφέος σιδῆρος palae aciem dicit. V. 38. γειτόνιψ γλωχῖν ταριῶν πέτρην. 5) tridentis vel fuscinae. VIII. 238. II. 411. XXXVI. 111. Saepe enim vox γλωχ. epitheti vicem gerit aut ornanda orationis caussa addita est. Conf. XXXIX. 281. **XLII.** 520. Vid. interpret. ad Callim. hymn. in Del. v. 30. Inde **IV.** 462. γνωτοφόνος γλ. μαχ. Deinde γλωχ. est cuspis cornus. velut I. 193. XXXVI. 192. XI. 221. Cornigeri etiam Deriades **XXXIV.** 152., Bacchus XI. 269. Pan. XVII. 165. **XLIII.** 109. Cornuta etiam Luna: conf. **XL.** 313.: de quo loco alias dicam. Denique **XXVIII.** 217. **XXXIV.** 288. μαριμαρέη γλωχῖν τετυμπατένος i. e. saxo aspero ictus. Est igitur his locis γλ. μαχ. idem, quod λίθος διχούσει. M. Ev. Io. Θ. 190. τρηχαλέη γλωχῖν λιθοβλήτοο τιφετοῦ πατακρύψου, saxis aliquem obruerē. Denique **XXV.** 519. αύχενίη γλ. (conf. Hesych. s. v. γλωχ. Nic. Ther. 316.) fortasse poeta extremam cervicis partem intelligi voluit. — Quae vox huic vocabulo addita est μάχαιρα sonat ensem, gladium velut **XXVIII.** 64. **XXXVIII.** 336. **XXXIX.** 365. variisque est ornata epithetis: dicitur εὔπηρτος. **XVII.** 295. ἀμφίπληξ. **XXVII.** 129. **XXVIII.** 299. ἀφεδή eod. libr. v. 154. **XXI.** 226. M. Ev. Io. K. 34. T. 179. δακτηρίς. **XXII.** 219. **XXIV.** 189. **XXVIII.** 281. ἀμαμάκετος. **XXX.** 127. ἀποιβόλη. **XXVIII.** 135. -δαμονίη. **XXI.** 149. quippe enim dextra deae ense armata erat, **XLIV.** 265. Ἀκταή. Ovid. Met. VI. 641. clamanter ense ferit Procne. Hoc denique loco αὐτόγαρος. — ἐπιξύσαντος, ξύσιν est radere, stringere, contingere. Verbum simplex tribus apud Nonnum locis repe-

ritur. Composita, quibus Nonnus utitur, sunt ἀποξύειν, διαξύειν, ἐπιξύειν, παραξύειν, περιξύειν: de quibus verbis dicam ad I. XXXVIII. vers. 375. σπόρος apud Nonnum sationem sive sementem significat, velut XIX. 84. Τριπτόλεμος σπόρου εὑρειν. Deinde est seges, XXXVIII. 422. σπόρος ἡέητο. I. 115. αὐλακας οὐ σπείρουσιν ὄπανες Ἐννοσιγαῖου, ἀλλὰ πέλει σπόρος ὕδωρ. tum semen, quod terrae mandatur. M. Ev. Io. Δ. 175. σπόρου ὄμιτυνον αὐλακι τίφων ἀροτρεύει. inde transfertur ad semen virile VII. 2. Ἔως ἀρσενα θηλυτέρῃ γόνιμου σπόρου αὐλακι λίξας — ἥροσε πόσιουν. XXXII. 72. βαλῶν σπόρου αὐλακι γαίης, Iupiter scil. (conf. Koehl. comment. p. 48.). Denique σπόρος dicitur ipse ille, qui satus est, proles, genus, velut XX. 196. XXVII. 323. XLVIII. 727. At M. E. Io. Θ. 64. translate σπόρος pro καρπός ponitur. — υγρός, humidus, liquidus, vox apud Nonnum perquam frequens est. Homerus id epitheton tribuit ἑλαιών, ὕδατι, πελάγει: praeterea μένος ἀνέμων υγρὸν ἀέντων (conf. Hes. E. κ. H. 623.) dixit. Is est usus huius vocis homericus. Apud recentiores υγρόν sonat etiam molle, flexible (vid. Boeckh. ad Pind. Pyth. I. 10. p. 227. sp.). Hac vocis significatione Nonnus quidem abstinet: sed tamen ab homericō usu discedit, quippe qui non raro speciem novitatis affectans rebus id epitheton adiungat, quibuscum illud, si propria eius vis servetur, iungi non possit: hoc autem loco suam ac propriam tenet significationem. De ἀρουρᾳ satis fuerit, breviter monuisse, hoc vocabulum apud Nonnum valere modo agrum, modo terram et quidem nunc orbem terrarum, nunc unam aliquam partem eius: denique Terram matrem. — λιβάδεσσιν. λιβάδα Nonnus omne genus laticum sive liquorum dicit. Reperitur apud eum solus pluralis numerus et fere dativus, praepter unum, quod equidem sciam, locum XLI. 141., ubi genitivus est positus. Legitur haec vox XLVII. 88. συμφερτᾶς λιβάδεσσιν εὐλαγέος πυκεώνος (conf. Hom. Odyss. X. 234.) M. Ev. Io. T. 180. διδύμας λιβ., sanguinem aqua mixtum poeta dicit. II. 538. διεραις λιβ. XXVIII. 24. ἡρέσιαι, de aquis coelestibus. II. 523. χιονέαι, de nivibus. adde XXVIII. 199. (λιμηλαῖς). De vino XII. 240. νέαις λιβ. ὀπώρης. XLI. 125. ληναῖαι. XXII. 22. ἥδυπότοις. XVIII. 152. γλυκεραῖς. XLVI. 114. σφαλεραῖς λιβ. οἴνου. Tum de sanguine: XV. 42. XXII. 371. XXVII. 15. φονίαις; XXIII. 100. XXXVII. 30. αἷμαλεαις. XXVII. 138. πορφυρέαις. XL. 532. δαιμονίαις (vid. Movers Phoen. Tom. I. p. 638.). VII. 170. βούαις (conf. Cun. animadv. p. 96.: est tamen vir doctus iniquior: nam ex iis, quae paullo ante dicta sunt, satis intelligitur, quales istae λιβάδες sint). Denique XLI. 141. Ἔως θηλῆς (Veneris matris) ἄκρα δακῶν, γονίμων λιβάδων τεθλημιένον ὄχον, γλάγος ἔποιας μαζῶν. Mammae enim turgescunt, sucis, quibus fetus nutritur solet, in lac conversis. — De verbo ἐμαίωσησαι diximus ad XXXVIII. 112.; id unum addam: iniuria nunc mihi videor dubitasse, an μασούσθαι adiecta voce ζόλπος explicari posset nutritre. — Restat vocabulum ἐρίπναι. ἐρίπνη est saxum arduum, praeruptum, prominens, dein omnino rupes, cacumen. Synonyma sunt πέτραι et κολάνη. XXVIII. 239. Τράχιος δονέων σάκος ἵσον ἐρίπνη. (conf. Hom. XI. 485. Λέας φέσων σάκος ἥπτε πύργον). I. 150. λευκάς ἱδ. II. 372. πικναι ἀρραγήσεις. V. 458. ἐμάτην ἐρέεινον ἐρίπνην. 467. τοῖα ἐβόησαν ἐρίπναι. VI. 379. ἐγυμνώθησαν ἐρίπναι. i. e. cacumina montium. IX. 203. δασούνημα. 273. κάρηνα βαθυπηνίδος ἐρίπνης. Vulgata est scriptura βαθυκυήμας ὑπήνης. Pro ψήνης necessario

reponendum erat ἐρίπινης conf. Apoll. Rhod. I. II. 433. βασικυνήμαδος Graefius putat posse defendi: tuerit idem Wernick. quoque ad Tryph. v. 366. βασικυνήμους sane Nonnus IV. 236. XIII. 70. πλαταιάς dixit: βασικυρηπις legitur M. Ev. Io. Z. 180. βασικυρήπιδι Καφαρναοῦμι ἐνι γαύῃ. apud Musaeum v. 229. Abydus urbs hoc epitheto ornatur. — VIII. 178. Δικταιῆς ἐρίπινης ἀντρον. XIII. 244. Ἰδαῖης ἐρ. ἀντρον. XIV. 17. ἐκ Δήμινοι πιναγλώχειος ἐρίπινης. Dionys. Perieg. 522. κρανιαὸν πέδον Ἱφαίστου. Epitheton πιναγλώχιν, quod poeta I. 151. II. 481. VII. 130. XV. 341. XXXVII. 342. voci οἰστός. I. 298. XXIII. 249. XXVIII. 175. XXXVI. 131. nomini κεφαλινός: semel etiam, VII. 256. οἰστόῳ πόδου tribuit, hoc loco propter ignivomos montes huius insulae, quae sedes atque officina Vulcani esse ferebatur, additum videtur. — XIV. 383. τρηχαλέῳ πρηπῶν ..... ἐρίπινης et XVIII. 61. ὑπὸ πρηπῶν ἐρίπινη (conf. Coluth. 102.). XXII. 36. XXIV. 123. Ἰνδῷ. XXIX. 340. Θρησσαν ἵων ἐπὶ πέζων ἐρίπινη conf. XXXI. 99. — XLIII. 312. Διβάνιοι ..... ἐρίπινη. XL. 4. προβλής XXXIX. 219. ἀγκιάληπον ἐρίπιναι. XXXVIII. 314. γαῖα δολίχησιν ἀνιψιωδεῖσα ..... ἐρίπιναι. XLII. 130. ἐρημάδος ἀκρον ἐρίπινη. XXV. 272. ἐρημάδος αὐτὸς ἐρίπινης. Ioannes baptista M. Ev. Io. A. 14. οὐρεούροιος ἐρημάδος αὐτὸς ἐρίπινης vocatur. XLV. 41. ἦν δὲ νοῆσα δένδρεα καρπάζοντα καὶ αὐδήσσαν ἐρίπινη: miracula enim rerum Nonnus narrat. XXV. 423. in opere caelato Amphionis cantu saxa videntur moveri: inde κοῦφος ἐλελίστο παλαιὸς ἐρίπινη. XLVII. 113. ἐρίπιναι ἐσκιότησαι, rupes ebris scilicet saltare videbantur. Hoc loco ἐμαυθησαν ἐρίπιναι. — Postquam de singulis huius loci perobscuri dixi, agendum videamus, quae nam sit verborum iunctura: est enim haec quoque paullo impeditior: deinde, quae sit totius loci sententia. — Ut Graefius quidem distinxit, verborum ordo est: εἴτε Γάμιος, διν "Ἐρως, τελέων Ἰμερ. ἀπατ. εὐνῆς μαμ., σκισθοῖς δύνεισις ἐσπειρεν, δῆτε ἐκ Διὸς ὑπωνότος, γλωκ. μαχαίρης αὐτογ. σπόσον ύγρον ἀρούρης ἐπιεύσσαντος, οὐραν. λιβαδ. ἐρίπιναι ἐμαυθησαν. i. e., ut singula verba reddam, sive es Gamus, quem Cupido conficiens fallacem efficti coniugii voluptatem, nigris somniis sevit, cum ex Iove dormiente, postquam cuspide machaerae suapte vi nuptias peragente, humidum semen arvi rasit, caelesti rore cacumina montium fecundarentur. — Erit fortasse, qui miretur Iovem dormientem eundemque ἐπιεύσσαντα dici: nec tamen, qui est ordo verborum, particip. ἐπιεύσσαντος iungi non potest cum vocibus ἐν. Διὸς ὑπ. Unde enim pendeat? num intellecto pronomine αὐτοῦ ad ipsum Cupidinem, ut is sit, qui sumnum arvum proscindat? At hoc modo et constructio orationis durior fit et res magis etiam intricatur. Deinde genitivum ἀρούρης forsitan quis, verba σπόσον ύγρον alter interpretatus, iungi malit cum voce ἐρίπιναι. Sunt hae suspicione: nec tamen vanae, sed quas ipsa oratio parum expedita facile afferat. Maior tamen difficultas nascitur verbis γλωκῆνι μαχαίρῃς αὐτογ. Nam quaenam tandem est ista cuspis machaerae? Graefius in commentarye Ouvaroffii, quae inscribitur: Nonnos von Panopolis der Dichter, pag. 90. νοερὸν et ἴερον γάμου intelligi ait eundemque, quem Herm. ad Orph. reliqq. p. 495., Procli, locum attulit. Opinatur praeterea, Χάμον dici Moabitarum deum: de quo deo conf. Movers. Phoenic. Tom I. p. 414. Bernhardy ad Suidam s. v. Χαμώς. Putant eundem esse, qui nominatus sit Βεσλφώ. Vid. Etym. M. et interpret. ad Hesych. s. h. v. Sed quid velint verba γλ. μαχ. αὐτογ., Graefius

fatetur sibi non liquere. Moversius in libro, quem modo commemoravi, Tom. I. p. 183. hunc locum propemodum totum interpretatus est; hos versus, id quod vehementer doleo, praetermisit. Attigit eos Koehler comment. pag. 80. annot. 2.: sed attigit modo. Otto Jahn, adversatus E. Gerhardo, in symbol. Archaeol. p. 292. et 434.: Gamum ait non esse Veneris cognomen, sed deum et Nonno quidem auctore filium Cupidinis. Cetera silentio praeteriit. Circumspecti alia subsidia, sed in libris, quos ad manum habeo — sunt sane pauci — nihil inveni, quod his verbis lumen afferret. Itaque meo Marte rem tentavi, fortasse nequidquam: sed ne ignavus provinciam susceptam videar deseruisse, ea, quae in his tenebris dispicere potui, exponam: praetexere tamen meae opinioni iuvat me viri et singulari quodam ingenii acumine et beatissima doctrinarum copia praediti, Augusti Meinekii, sententiam, quam vir doctissimus a me rogatus, ut quid ipse de verbis γλωχ. μωχ. αὐτογ. sentiret, mecum communicaret, literis patro sermone scriptis in hunc modum explicavit. Mihi, inquit, μάχαιρα videatur hoc loco significare idem, quod culter apud Plin. N. H. I. XVIII. 18. s. 48.; de quo loco plura I. H. Voss. ad Virgil. Georg. I. I. v. 169. Quod si ita est, apparet, quam commode dictum sit ἐπιξένειν. Sententia autem erit: postquam arvum (σπόγον άρουρης) cuspid'e cultri leviter proscidit atque ad excipiendum semen praeparavit. At vero fecitne id ipse Iupiter atque somnians iste Iupiter? an partic. ἐπιξύσαντος iungendum est cum voce μωχαίης, ut apud Theocrit. (XV. 119. in libris quidem manu scriptis βρεφόντες σκιάδες) aliosque poetas Alexandrinos: de qua re vid. Bernhardy ad Dionys. Perieg. Vol. II. p. 504. Sin statuemus Iovem ipsum γλ. μωχ. arvum scidisse, facere non possumus, quin μάχαιραν existimemus genitale eius dici: quod fere ex ipso epitheto αὐτογ. intelligi videtur. Haec vir clarissimus.

Iam vero neam, qualiscumque est, opinionem proponam. Ac primum quidem recte distinxisse Graefius mihi videtur post coniunctionem ὅτε: quae particula simili modo traiecta est, atque XXX. 132. XXXI. 251. XL. 404. XLI. 387. XLVIII. 10. M. Ev. Io. A. 61. B. 43. K. 14. N. 151. Ξ. 78. Φ. 19., aliis locis. Deinde participium ἐπιξύσαντος equidem cum voce Διός iungendum puto. Etenim cum altero loco partic. prae., altero partic. aoristi sit positum, intelligitur, obdormivisse Iovem, cum sumnum arvum scidisset. Utrumque in eiusdem Iovis personam convenit. Est dura orationis constructio, non negaverim, sed ea, quae ferri possit. Quod autem vir ornatus dicit, posse ἐπιξύσαντος ita accipi, ut poetarum more (conf. etiam Herm. ad Aeschl. Agam. 540. Boeckh. ad Pind. Olymp. VI. 15.) pro feminino positum atque cum voce μωχ. iunctum putetur, vellem ex Nonno allatum locum, quo id probaretur. Ego non memini me tale quid apud hunc poetam legere: sed fortasse eiusmodi locus me fugit imprudentem. Quid μάχαιρα apud Nonnum significet, ex iis locis, quos supra concessi, intelligitur. Fuit tamen, cum ego quoque arbitrarer, tectius locutum esse poetam demitisque orationis involucris vocem μωχ. idem significare, quod machaera apud Plautum (Pseudol. Act IV. Sc. 7. v. 86.): sed et re ipsa et Nonniano huius vocis usu evictus sententiam mean mutavi. Illud autem dubium non est, quin genitivus ἀρουρῆς pendeat ex verbis ἔγγ. σπόγον: id verborum collocatione, quae est apud Nonnum, comprobatur. μαυροῦσαι denique supra liberius interpretatus sum,

ut significantius rem indicarem. — His expositis iam consideremus, quae sit loci sententia. Nonnus dicit, Herculi ἀστροχήτων vel Tyrio, qui idem Sol est, alia apud alias gentes nomina fuisse eundemque Gamum esse nominatum. Manifestum est, hunc Gamum differre ab eo, cuius Philoxenus, Anaxandrides, alii scriptores mentionem faciunt. Satum esse Gamum ait Nonnus a Cupidine. Quis iste Cupido? Haud dubie vis insita naturae, non tam procreatrix rerum, sed ad res procreandas impellens (conf. Lob. Aglaoph. p. 529. annot. d.). Quem vero Gamum Cupido nigris somniis atque falso facti coniugii simulacro dicitur sevisse, est imago quaedam somnii simillima, antequam mysticis Iovis Terraeque nuptiis in lucem veritatis editur. Itaque is Eros, a quo omnes res originem repetunt, iure quidem vocari potest sator Gami sive Solis δημιουργοῦ, cuius numen et ipsum caussa est et principium omnis fecunditatis: sed extitit demum, ut ita dicam, iste Gamus confecto Coeli Terraerque connubio, cuius machinator Eros erat. Iovem porro, ex quo λαβάδες οὐράν. hoc loco dicuntur in terram defluxisse, equidem opinor, χρυσαόροι esse: qui idem ὄμφαλος sive ὑέτιος appellatur (vid. Creuzer Symbolik cet. Tom. II. p. 494. et Tom. IV. p. 65.) atque verno tempore terram quasi aperit. (conf. Pervigil. Veneris v. 59. sqq. Nonn. XIV. 200. sq.) Ut vero λαβ. οὐρ. aquae coelestes sunt, in Terrae matris sinum defluentes, ita μάρκαι (conf. Hesych. s. v. χρυσαόροι) significat telum Iovis fulminantis seu Aetheris vim igneam, qua primus telluris limus (*σπόρ. γύγ.*) ita est affectus, ut naturam sumeret ad edendos fetus idoneam. His demum peractis nuptiis cum rerum natura ad progignendum comparata esset, existere ac vigere coepit ille Gamus, qui unius quidem eiusdemque est divinae naturae, sed potestate ac nomine differt. Verum iam satis est; verbum non amplius addam!